

arduo sita, muris, turribus excelsis, val-  
lo, fossa, locis paludestribus mari un-  
dique munita, præter hæc autem <sup>armis</sup> in-  
numeris, bellatoribus fortissimis elata  
ferrebat. Quapropter spem nobis om-  
nem posse capi repellat. Quæ tantum  
~~per~~ per mensem obsessa faciente Dei  
omnipotentis potentia, cum inmani  
Saracenorum interfectione capta est  
illa in sancti Laurentii festo, urbs  
crudelis, et fortissima. Quis itaque  
mœnibus undique dirutis, ejusque  
Cassaro destructo, suisque spoliis  
oneratis navibus, cum ejusdem ur-  
bis <sup>gaido</sup> pessimo, et impiissimo ca-  
pitanis adstricto, in festo sancti Bar-  
tholomæi apostoli ad insulam Ma-  
joricam divina dispensatione ap-  
plicuerunt. Altera ergo die com-  
muni colloquio habito, et sapienti  
consilio inito, ut de parte Orientis  
urbem populosam, et mœnibus et  
ante muralibus, maximisque fossa-  
tis circumdatam sapienter, at-  
que viriliter aggrederebantur. Tertia  
vero die ad urbem ~~ad~~ <sup>ad</sup> propinquan-  
tes fortissimum cum Saracenis  
inierunt prælium, et eos per-

ptm 9.

Per gli annuati  
Avanti  
1878, spedia-  
il piano il termine per la puer-